

(175) 115 ~~[illegible]~~ 33 33 56

Gra et pax dni nri Jesu Xi cum oibq vobis amen. P. Carme
in dno Jesu Xo pater et alias tuas responsum sit tuis novembri
mense anni 1546 ad nos trasmissis. His porro adiciam que-
dam de comissione patris nri in Jesu Xo D. Ignatij que ad dei glo-
riam ac vram et collegij spualem consolatione et pfectum imo et gene
totiusqz Indie no mediocre emolumentum futura speramq. cogit enim Jesu
Xpi charitas Rdo p. Ignatium ut vris de rebus sollicite cogitet nec
vero tam longo terre marisqz tractu interiecto fit ut minus arcto
amoris complexu vos stringat, imo quo estis corporibus magis se-
iuncti eo affectibus tenet coniunctiores in Xo Jesu in quo oes unum effici-
mur corpus ubicunqz terrarum simus constituti. expedire ergo vi-
deretur patri nro ut istinc ad nos aliquem industrium virum mitte-
retis qui de vestris et Indie rebus rationem probe apud pontificem Su-
mum et preces hujus Romane curie redderet quo adveniente occa-
sionem haberet pater Ignatius ex ecclie thesauris tantum vobis cura-
di, ut non solum collegium vel civitas vras sed et magna pars Indie
spualibus divitijs ad conditoris nri et reparatoris gliam et animarum
plurimarum ~~salutem~~ amplium posset abundare, imprimis ergo vi-
rum aliquem eligendum vobis censet ad hoc munus idoneum qui
et retinere et exponere que oportebit sciat. Deinde curate ut
de rebus vestris instructus scriptum etiam copiose ad nos deferat quic-
quid sive precium opere sit, ut vestris et Indie rebus consula-
tur puta de aeris temperie victu, moribus, et ingenijs locorum
et hominum tum de his que vobis necessaria ad dei cultum et ani-
marum amplius istic viderentur et tota in India que oia dili-
genter scripta et ordinate veniat, et cum attestatione Rmi patris
Epi vel vicarij eius et aliorum qui precipua istic autte fue-
rint.

Preterea curande sunt vobis lre ab eodem Rmo patre Epo
et alijs primarijs viris et alio vestro etiam et collegij noie scripta
ad Stem Sumi pontificis pauli 3i quibus petatis humiliter
et instanter oes eas gras que vobis opportune videbuntur et
inter cetera facultatem absolvendi in casibus reservatis in bulla cene
Dni etc imo et reliquias Sctorum et alia sique sunt que istic
fovere religionem ac pietate xpiana possint et collegio civitatiqz

116

vre ex regionibus istis expedire judicabitis. Preter hasce aut tras
ad Sanctissimum pontificem alias itidem ad Rmos Cardinales quorum noia ad
vos mitto scribendas curabitis et preter hos ad Rm Mapheum
epum Massensem id ab eis empe petendo ut tras litteras (que eiusdem
exempli tamen mutatis noibus ee possunt) ut faveat apud S. D. n. [Ppe?]
vestre cause. mittetis etiam ad patrem Ignatium litteras ab eisdem,
ut ipse earum occasione cum prelatis his et cum summo etiam pontifice
vestram causam comodius possit agere, Cum aut In portugallie re-
num pervenit erit a Serenissimo etiam Rege littere comendatitie
ad oes de quibus supra curande erunt Juverit etiam no parum
tum ut Ingenia Indorum melius cognoscamus tum ut moneatur
magis hi penes quos summa rerum hic est, ut ille qui hic est ve-
turus secum quinque vel sex Juvenes ex Indis adducat
qui optima specie et Inter ceteros magis visendi erunt ex
quibus duo tres ve Romam veniat, reliqui in portugalia sub-
sistant In collegio nre societatis quo et duo illi redire poterunt
qui Romam venerint, confectis negocijs vestris, ut Inter nros ex-
colantur et litteris et xpiane discipline virtutumque ornamentis, ut sit
demum ad suos redeundo exemplo vite et doctrine eis et alijs
Indie regionibus sint utiliores/

Quod attinet ad modum suscipiendi pueros In collegio quodque ad
supplicationes vel processiones publicas et funera et ipas
demum constitutioes fundatorum ad nos transmissas suspendenda
erit sententia donec ab eo qui hic mittetur exactius vestris de
rebus Instruamur simulque que mens sit regis portugalie Intel-
ligamus/ poteritis Interim eundem modum quem hactenus servistis
tenere. Hec ergo si a vobis sedulo curentur sperat nr 15
In xpo pater ignatius quod multum emolumenti In collegij tum ge-
ne Indieque totius rebus ad animarum profectum, Indeque etiam mul-
tum ad dei honorem et servitium simulque regis portugalie, et ad nre
societatis In regionibus istis progressum sit accessurum, perficiat
id bonitas Infinita Dni nri Jesu xpi qui sua dignetur volunta-
tis cognitioe nos oes Implere et suum In nobis omnibus nome et gra-
tiam augere Amen Rome Decimo Kalendas Decembris

servus in xo Jesu

ex commissione p. ignatii — Joanes de polanco

117
34

+

Pdo in Jesu x.º frẽ d. Nicolau
1547 Lancilotto

Goa

118

120